



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Libelli Cvivsdam Antverpiæ Nvper Editi Contra  
Serenissimvm D. Ioannem ab Austria, Gubernatorem  
generalem inferioris Germaniæ, qua parte conscientiæ, vt  
vocant, libertas in eo requiritur, brevis & ...**

**Lens, Jean de**

**Lovanii, 1578**

Secundum caput, exemplum proponit reipublicae Iudaicae, in qua  
temporariaru[m] plagarum metu, cutus vnus Dei, ritúsque colendi  
diunitus institutus, quantumuis varius & molestus, per complures ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30345**

Rom. 13. dium portat (vt beatus Apostolus inquit)  
 minister enim Dei est, vindex in iram ei qui  
 malum agit. Qui autem ea punierit quæ si-  
 ue factis, siue verbis sacrilegis veræ religio-  
 ni aduersantur, eaque puniendo vel minue-  
 rit, vel sustulerit è Republica Christiana;  
 nonne is præclare tibi videtur religionem  
 Catholicam in eadem Republica, vel om-  
 nino, vel magna saltem ex parte cõseruasse?

CAPVT  
 II

Ac sicut modò religio Dei donum est,  
 sic, opinor, & antea omni tempore fuit: nec  
 ea solum ex parte Dei munus est, qua hæ-  
 reticorum damnantur errores, verum etiam  
 ex ea qua gentium simulachra falsique dii  
 fugiuntur. Atqui in Iudaicum populum,  
 ne ad idola deflueret, graues minas, eius-  
 demque postea quàm ad ea deflexisset, acer-  
 bissimas plagas diuinitus irrogatas, igno-  
 rat nemo, qui sacras litteras attigerit. Et  
 quanquam subinde populus ille fœdè lapsus  
 sit, tamen nonne per tot annorum cen-  
 turias istiusmodi seueritate vera inter eos  
 religio stetit, vnusque Dei cultus in illa  
 est Republica cõseruatus? Neque verò hic  
 audiendum est, populum illum istiusmodi  
 fuisse ratione cohibendum, quod duræ ni-  
 mium ceruicis esset. Nam neque modo du-  
 ra nobis ceruices defuit: quas neque mol-  
 lis pietas, neque obedientia flectit: & si  
 quib  
 ε Δ  
 quif-



7  
quisquam illud fortasse produxerit, nihil  
omnino causam adiuuerit suam, cum inte-  
rim teneamus etiam tum vnus veri Dei  
cultum, munus diuinum exstitisse. Quod do-  
num si conseruandum non fuit in homi-  
num animis, incusso seueritatis pœnarum-  
que metu, non debuit idololatriæ lapsus  
tanta pœnarum & calamitatum acerbitate  
puniri. Si autem conseruatum sic est, &  
multos quidem per annos, quî fiat vt non  
& modo ratione confimili Catholicæ reli-  
gionis munus in Republica Christiana con-  
seruetur? Neque enim adeo tardo quen-  
quam esse ingenio puto, qui non videat  
quàm Iudæis quoque iustæ fuerit causa que-  
relæ, cum propter cultum idolorum graui-  
bus ruinis feriebantur; si hoc iam dicere  
quisquam cum ratione potest, Cur tenere  
fidem hanc supplicijs cogor, quam nisi de-  
derit Deus, habere non possum? Quid? quod  
nec integrum iam erit Deo, quèquam sup-  
plicijs æternis addicere, propterea quod  
eum non præ omnibus rebus dilexerit? Pa-  
ratum enim & hoc erit continuo: Iniuste  
mecum agis, qui me sic punias, quia non ha-  
buerim quod nisi te largiente habere non  
potui.

PORRO, vt alia nõ pauca huc pertinen- CAPVT  
tia, quæ illorum fuere temporũ, omittamus. III.

A 4 ad